

Non perdam hic tempus in inqu-
rendis variis *Qualitatis* significatio-
bus, quod adeò variè accipitur vocabu-
lum, ut satis quidem sit ambiguum :
subsequenti enim dissertatione diluci-
satis patebit, quâ potissimum usitatio
significatione illud accepturi simus.
Id vero hoc in loco monendum est, ha-
beri quædam pro Qualitatibus, quæ
rectius haberi poterant status Mater
vel complexiones qualitatum partic-
larium, ut *animatum*, *inanimatum* &
Sanitas & *pulchritudo* : quod posterius
attributum è *figurâ Symmetria*, vel pe-
fecta proportione, & *colorum* in fac-
partibus apparentium *jucunditate*, or-
videtur. Ac sunt alia quædam attri-
buta, videlicet, *Magnitudo*, *Figura*, *M-
tus* & *Quies* quæ inter Qualitates num-
rari consueverunt, rectius vero dici po-
terant *primarii modi* partium materi-
Ex iis enim simplicibus attributis v-
primitivis affectionibus omnes qualita-
tes derivantur. Verùm isti verborum
& n